



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Vita Et Moribus Ioannis De Almeida Societatis Iesu Presbyteri

Macedo, António de

Romae, 1671

Capvt Decimvm. Sinum Ianuarium reuersus Patricam aggreditur
missionem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44105

Quidquid verò temporis assiduis occupationibus eripere poterat, rerum cælestium meditationi dabat; tam in se collectus, & mente in vno defixa Deo, acsi in summa solitudine viueret, nullis hominum congressibus, negotijsque distentus. Ab hoc igitur fontè tantas hauriebat illius spiritus vires, vt nullis periculis terreretur, quò minùs in curanda commissarum sibi ouium salute strenuum se, & vigilantem exhiberet pastorem.

CAPVT DECIMVM.

Sinum Ianuarium reuersus Patricam aggreditur missionem.

Millesimus sexcètesimus decimus septimus currebat annus, cum Ioannes à suorum Neophytorum pagis, in quibus mentem, curasque defixe.

xerat , Maiorum imperio iussu
 discedere , Fluuio Ianuario se
 reddidit. Paucos hinc menses mo
 ratus expeditionem Paticam ag
 tare animo coepit . Postulauer
 paulò ante Saluator Correa de
 Sà Benauidius , clarissimi sangui
 nis Dynasta , & Ianuariæ Colo
 niæ Præfectus, à Prouinciæ Præ
 fide , qui tum erat Petrus de To
 leto , duos è Societate Presby
 teros , qui Patorum gentem E
 uangelij prorsùs ignaram ad
 nius Dei cognitionem adduce
 rent ; ratus Christiani Præfect
 nomine se dignum non esse , ni
 si eos populos , quibus impe
 rabat , in Christi redigeret di
 tionem . Prouincialis , & sua
 sponte iam incitatus , & tanti
 viri autoritate permotus, bi
 nos ad id Socios destinavit , Io
 annem de Almeida , de quo scri
 bimus , & Ioannem Fernandes ,

spe-

speculatæ virtutis virum, Almei-
de non minùs nomine similem,
quàm animi magnitudine clarū.
Erat plena laborum, ac ærum-
narum prouincia, & certis vitæ
periculis exposita, dubius verò
missionis euentus: ceterum vtrius-
que Ioannis animus periculis, &
laboribus maior erat; nec dubi-
tabant vbi Dei cultus, & animo-
rum causa ageretur, in omnia se
vitæ discrimina conijcere: nihil
enim poterat ærumnarum iuxta,
atque animarum sitientissimis vi-
ris optatiùs euenire; cum iam-
diù laboriosam id genùs aliquam
ad infidelium terras expeditio-
nem, & omnibus votis expete-
rent, & postulando sine fine
perseuerarent. Et quidem Al-
meida per aliquot dies hominū
in conspectui se subduxit, vt fami-
liariùs cum Deo ageret, & ido-
nea sibi compararet arma, quibus
hu-

humani generis hostem debella-
ret, & innumeros ad Ecclesi-
castra Ethnicos adduceret.

Cæterùm vt Carigios, ad quo-
fide imbuendos duo Socij pere-
grinationem instituunt, ab alijs
eiusdem nominis distinguamus
(constat enim non vnam in Bra-
silia gentem hoc nomine appella-
lari) *Patos* Lusitanorum more
vocabimus, cuius imponēdi cau-
sa nominis anseres fuerunt, qui-
bus illorum abundat regio, &
Lusitani, qui primi eamdem re-
gionem explorarunt, materna
lingua *Patos* dicunt. Suas hi ha-
bent sedes in montibus Oceano
proximis, centum ferè leuca
Austrum versùs à sinu Ianuario
femotis: facili, ac miti sunt in-
genio, corporibus firmis, & pro-
cèris. Contracto non ita pridem
cum Lusitanis commercio, icto-
que inter vtramque gentem pa-
cis

cis fædere , sanctè amicitix le-
ges feruant . Colendis agris dant
operam, quos tamen reliquæ per
Brafiliam nationes perpetuo tor-
pentes otio , & mactandis hosti-
bus , vorandisque illorum car-
nibus assuetæ , neglecto prorsùs
cultu , sinunt syluescere . Etsi
arte sagittandi excellant , pacis
tamen studio tenentur ; nec vn-
quam , nisi grauibus irritati iniu-
rijs, aut damnis affecti, aduersùs
hostes bella suscipiunt . Vnum ,
sed multis inuolutum erroribus
colunt Deum , quem Tupam ,
hoc est , Tonantem appellant ;
eumq; malorum omnium autho-
rem esse existimant . Tam sunt
dediti veneficijs, vt ab ijs auelli,
& ad Christianam religionē ad-
duci, diuturno & operoso nostro-
rum labore vix possint . Hi mo-
res gentis .

D CA-